




RESPONSORVM IURIS
SIVE CONSILIORVM

DN. VDALRICI ZASII
LL. DOCT. CLARISSIMI ET IN
ACADEMIA FRIBVRGENSI QVONDAM
ordinarij, liber primus: summarij cuiq; adiectis,
quibus res pricipue obseruandę magno
compendio complectuntur.

*Cum Indice rerum atq; uerborum
memorabilium locupletissimo.*



Cum gratia & privilegio ut in reliquis,

BASILEAE

APVD MICHAELEM ISING.
M. D. XXXVIII.

D N ▶ BONIFACIO AMERBACHIO,
PRUDENTI BASILIENSIVM MAGISTRATVI
à consilijs, eiusq; Academiae Legum professori doctissi-
mo, Hieronymus Artolphus Rhaetus ciuis
Basiliensis s. d.



V V M nuper Michael Isingrinius cōmūnis amīcus noster, nouo Zasianorum responiorum libro, iam p̄imum ex sua prodeunte officina, hederam pro more suspendi cuperet, id si tua qua es autoritate, & eruditione & prudentia, fieret, omnem iniquē calumniandi uitiam interceptam iri, animo uerissime coniecit, mihicq; exorandi te prouinciam tradidit. Nec hebes uel in ceteris uiri coniectura, cui partim experienzia, partim à me edocto, omnes animi tui facultates aequae ac mihi cognitissimas esse oportuit: mihi autem maxime, qui in philosophia tyrocinijst et familia riter commilitone usus, hodie uero relicta medendi molestia, te in iuris scientia praeceptorem, atq; in tractandis Academiae nostrae rebus semper coryphaū se quanmur. Quantum grāce ac latine potiis nō ignari graue quoq; rerū iudicium tuum saepius experti. Qua etiā humanitate, quanta denique dexteritate cunctis praeclisis, uerius quispiam fortassis quam civilius dixerit. Virget ille idem ac fortius mihi instat, quod arduum Iuris studiū non supremis, ut aiunt, labris, nec ex barbarorum perpetuo lacunis hauseris, qui summos quosq; de Germaniæ & Italiae & Gallie professores, maximo ut par est sumptu secutus, ampliore tandem cum scōnore Basileam redieris, quo urbem nostram literis exornares. Nec est qui ne sciat qua cum laude, certe multo cum auditorum tum clientiſ tructi, quatuordecim annis apud nos & publice & priuatim docendo tum respondendo, iura exercuisti: neq; id sordidi cuiusdam lucelli gratia, qui alioqui fatis ample patri morio, honestaq; uxoris dotete ipsum, cōiugem, liberos ac Musas, quibus uniuersis nihil eleganter, honestissime alere potes: sed magis aliorū studio id agis, quo ciues amicos, ac literarū studioſos magna cum eorum utilitate tibi demerearis. Quantū insuper industrie ac curae instaurandi Academiam nostram impenderis, omnes consciū fumus, cui ferē corruirę, unica diu columnā extiūsiſt: quae si unquam linguis, artibus ac disciplinis floruit, hodie tuo praecipue instituto floret: quippe qui singulari illa tua humanitate de optimatibus, quorum in manu omnia sita, optime lis meritus, a quibus tandem quo hac recte habeat, cōtendēris. Nec tamen munificētia tua, qua ornatioſ elerit, hanc carere uoluisti. Nam quantum maximus ille Erasmus Rot. fidei habuerit tibi, per me nō eli enarrandum. Tu enim is eras cui mille inter amicos & uiuens & moriturus, ſeu uasq; fortunas cōmūtiſt. Hac paucula, doctiſ. A M E R B A C H I, multas inter animi tui do tes, cursim Michaelē partim ſuppedante perſtrinximus, quibus ueluti dignissimi argumentorū ſuffragijs adactus, perſuafum habeo te unū id posse quod hic desideramus. At tu, grauioribus nimirū occupatus, de laudibus Zasij tecū conſe rendi labore in me reiſcis. Venia qua hunc ſubire recufas, nostrū penitus abſter fit pudorē, tantoq; magis, qui ſapius audiam, q; honorifice in praeceptorū tuorū catalogo Vdalrici Zasij quoq; memineris, cuius uiuū ac preſens paratumq; in ſcribendo ingenium, ac dicendo facundiam, Alciati insuper eloquētiam, Ripæ autoritatem, omniq; ſimul eruditionem puriſſimis proſequendo praeconijs, ita effingiſ, ut plerofq; eorum imitando ſolum in multis praeuertas. Etsi doctiōrum tantum ſit aliorum clarē perspicere prudentiam, cum tamen hodie eluceat quansus fuerit Zasius, difficile non erit uel mediocriter eruditis, monumentis Zasij album addere calculum. Eſt nempe hoc responſorum opus, quo nō aliud

DN. VDALRICI ZASII
LL. DOCT. CLARISSIMI, ET
IN ACADEMIA FRIBVRGENSI
quondā ordinarij, Consilia, sine Iuris responsa,

CONSILIVM PRIMVM.




Diuua nos Deus salutaris noster. Orta nupe-
ris est temporibus controversia inter L.L. a-
ctorem ex una, & N.B. reum ex alia parte, ci-
ues oppidi X. occasione hæreditatis & bono-
rum, à quondā C. H. dicti N.B. uxore legitimi-
ma relictoriū: quam quidem hæreditatē & bo-
na, actor uxoris suę nomine uigore ordinatio-
nis cuiusdam, quam dictæ C. H. parentes in-
ter se quondam etexisse dicuntur, iudicialeiter petiūt & exegit, prout
in processu desuper habitu latius continetur: quem processum pro-
uidi & circumspecti uiri Magister ciuiū & Senatus dicti oppidi X. mi-
hi subscripto Doctori transmiserunt, rogantes & petentes quid iuris
responderem, & quid iudicandum foret consulerem. Vitis ergo dili-
genter actis simul cum testium attestationibus, ut ordinatiūs proce-
dam, aliqua pro euidentia præmittenda sunt. Primum euidentia-
le: Non dubitandum uidetur, quin quondam L.H. senior, & D. eius
uxor, (qui ante multos annos, ut credo, ambo deceperunt) dictæ C.
H. parentes fuerint, & postea illa C.H. mater uxoris ipsius actoris ful-
erit. Secundum euidentiale: Quod parentes inter liberos bona sua
prout uolunt, ordinare & disponere possint. Nam diuisio uel dispo-
sitio patris testati uel intestati inter liberos, etiā imperfecta, id est, sine
solēnitate, ualet. ita Bal. in l. inter omnes. C. fam. ercif. ubi est text. not.
qui uult scripturam patris tenere quoconq; modo, quibusconq; uerbis
seu in dictis disposita inueniantur: & facit l. hac consultissima: §. ex im-
perfecto. C. de testā. Et licet ibidē in Authen. quod sine. requirat sub-
scriptio patris, si tamen alijs monimentis uel documentis patris uolun-
tas pateat, sufficit, ut tenet Salic. in d. Authen. qd sine. Vnde quia ho-
die ex cōsuetudine publica sigilla probant sine subscriptione, sigillum
Officialis sufficeret: de quo in c. ij. c. cum dilectus. de fid. instrum. & fa-
cit Bal. in l. ij. C. de reb. alien. nō alien. facit ad suprà dicti meā doctri-
nam l. si cogitatione. C. fam. ercif. & que Bal. distinguit in d. Authen.
quod sine. Et sufficit uoluntatē patris inter liberos disponere uolentis,
literis uel testibus probari: literę enim & instrumenta & testes in exer-
cendis litibus equipollent. l. in exercēdis. C. de fid. instrum. & per hoc
satisfit gl. in d. l. inter omnes. qua duos testes requirit, quia sufficit in-
strumentum sigillatū, nisi iura aliqua municipalia alias solennitates re-

A

RESPONSORVM IVRIS
SIVE CONSILIORVM

DN. VDALRICI ZASII
LL. DOCT. CLARISSIMI, ET IN
ACADEMIA FRIBVRGENSI QVONDAM
ORDINARII, LIBER SECUNDVS.

*Cum Indice rerum toto opere me-
morabilium locupletissimo.*



*Cum gratia & priuilegio ut in reliquis eiusdem au-
toris libris prius à nobis euulgatis.*

BASILEAE
APVD MICHAELEM ISING.
M. D. XXXIX.

CLARISSIMO ET PVBLICI P R I V A
T I Q U E I V R I S C O N S U L T I S S I M O V I R O , D O M I -
N O M A T T H I A E H E L D , C A E S A R E A E M A I E S T A -
tis Procancellario dignissimo, domino & patrono suo sum.
mē obseruando, Michaēl Iungrius ciuis & typog-
raphus Basiliensis S. P. D.



*V*amuis, clariss. utr, ueteres non solum oratoria artis peritissimi, uerum etiam fabularum autores, de eloquentiae præstantia multa scripserint, qui in Amphione Orpheoque ingentem dicensi uim subnotarunt, quorum alter rigida mouisse faxa, alter uero quercus & ornos traxisse citbara fngitur: quod & Galli sequunt, qui Herculi Celtico, quem ipsi patro sermone Ognium appellabant, tantam eloquentiae efficaciam tribuere, quod mortales omnes sua facundia, quasi catenulis quibusdam à lingua in aures infixis, quō uellet circunduceret. Ego tamen adduci uic possum, ut credam, solum fandi dominam eloquentiam, largum inquam illum differendi fulgorem, qua grandiloquit oratores ad permouendos timo conuentendos animos instrucli, auditorem attonante, concutunt & prosternunt, ut admiretur, stupeat, oderit, diligat, fremat incitatus, tranquillus subsidat, tantam habere oīēpy eīāp, nisi uirtutibus ipsis, prudentia scilicet, humanitate, multaque rerum cognitione sit stipata: quippe quum eloquentia inani duntaxat citoque peritura dulcedine ac uoluptate aures demulcent, hæ uero saluberrimos eosq; perpetuos in animis nostris aculeos relinquant, ueram philosophiam ac animorum coniunctionem nobis conciliantes. Ad hæc uirtutum eminentiam non nisi probus (ut inquit Aristoteles) consequitur, banc uero improbos & maledicos etiam nancisci posse in confessio fit. Adde quod uel sola humanitate, iuxta M. T. Ciceronis & Epicleti summi philosophi sententiam, nihil prius, melius, amabilitus ut sit, nihilq; quod magis allicit homines ad diligendū; si quidem eius gratia eos etiam quos antea nunquam uidimus, unicè quodāmodo diligere solemus. O fortunatū cui contigit his rigari fluminibus, dignus nimirū qui rerum & publicarū & priuatārū gubernacula moderetur. Et sanc hæctam præclarā rarissimāq; animi ornamen- ta in te splendidissime elucere, atq; ita ad palmā niti ut alterum cum altero & emula paritate concertet, summūq; gradum attigisse, tum iam olim uniuersis bo- nis & doctris, tum uero & nuper mihi constare coepit. Nam cum anno superiore Spiræ ad iter iam accinctus, quietem tuā, & illam quidem nocturnā, intem- pestiuus interturbarem, duce Dn. Leopoldo Dicchio V.I. Doct. ornatissi- mo, diu luteamen incredibile, quanta me humanitate exceperis, traclaris, ac di- miseris: quanta demique animi sinceritate, summoq; rerum iudicio, ad optimos quoq; utriusq; linguae autores replete nitideq; excudendos, iusta adhortatione

DN. VDALRICI ZASII

LL DOCT CLARISS CON
SILIORVM LIBER SECUNDVS.

Adiuua nos Deus salutaris noster.



LL V S T R E s quondam principes, Fridericus
Balthazar & Guilhelmus, Marchiones N. &c.
cum Landgrauis Henrico & Hermanno I.
principibus, confraternitatem pacto seu statu-
to, occasione principatuū utriusq; familie, cum
dominijs, iurisdictionibus, & omnibus alijs eo-
rum territorijs & subditis, consensu Cæsareæ
tunc Maiestatis accedente, inierunt: eo conuen-
to, quod altera familia seu domus, alteri adsisserent, tucentur, adessent
&c. Et in euentum quo principes ex altera domo sine hæredibus ma-
sculis obirent, decadentium principum Ducatus, dominia, territoria
&c. cum omib; subiectis, subditis & iuribus, ad principes alterius do-
mus, seu eorū masculos heredes deuoluerentur, ad eosq; iure proprie-
tatis pertincent &c. nonnullis alijs ea confraternitate adiectis cau-
tionibus & prouisionibus. Quæ conuentio facta est anno Domini M.
CCC. LXXIII. prout in actis mihi præsentatis continetur. Eo-
dem deinde anno Carolus Romanorum Imperator huiusmodi con-
fraternitatem, iurisq; hæreditarij successionem & communionem tanq;
inter fratres, in presentia principum & procerum Imperij confirmauit,
& supradictos principes ex utraq; parte, pro suo quenq; iure, de dicta
confraternitate inuestiuit, eisq; uicissim candem in feudum concessit,
legem sub pragmatica sanctione ferendo, quod altera domus, alterius
sine hæredibus masculis decadetibus, legitimi fratres, confratres & suc-
cessores censi, habeti, & esse debeant, ac si naturali natalium serie fra-
tres nati, & una progenitorum agnatione producti essent, iuribus ob-
stantibus plenisimè derogando, Imperiali suo decreto pro eiusdem le-
gis fitmitate interposito &c. iuxta tenorem Carolingiatorem. Deinde
anno M. CCC. XXII. illustres principes T. Federicus, Sigil-
mundus, Henricus, Guilhelmus &c. cū Ludouico Landgrauio I. &c.
uestigia maiorū fecuti, dictam cōfraternitatē super uniuersis eorū duca-
tibus, dominijs & bonis renouarunt, ut altera domus alteri sine hære-
dibus masculis decadenti, iure legitimæ hæreditatis succederet: hoc
prouiso, quod testamenta quæ alterutri principes facerent, rata essent,
dum tamē supra summā decem milliū floren. nō testarentur: cauto etiā
quod foeminis in alterutra familia pro tempore natis, cuiilibet uiginti
millia floren. in dotem seu aliam prouisionē cōstitueretur, obligatione

In eadē mēcānfā con-
suluit D. cc. cas. 516.
videturā con. 38.
n. 38. et 20 analogis.
c. 15. n. 287.

A

Errata in hoc secundo Consiliorum tomo inter relegendum animaduersa, sic emendato.

Pag. 58. expungatur uersus 38. totus, & pro eo reponatur,
Baldus in 1. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. &c.
Pag. 65. uers. 3. & absolute. & uers. 39. Alexan. in consil. 143.
Pag. 89. uers. 13. de conuersio. coniugat. Pag. 112. uers. 1. de
spons. duo. 128. 1. & saltus. 154. 12. secundis actis. 175. 7. post
decessionem. 190. 3. cause cognitione. 198. 23. Sic aulici.
210. 11. ponderet. 213. 3. sursum uersum. 217. 11. sunt ex-
minati. 222. 28. obuenientes. 254. 29. quæ ad augmentum.
259. 8. induciarum conuenta. In consilio 15. pro Leuon-
tina ualle, restitue Hepatina ualle.

BASILEÆ, PER MICHAELEM ISIN-
GRINIVM, MENSE MARTIO,
ANNO A CHRISTO NA-
TO, M. D. XXXIX.



